

AD
ORATIONEM SOLEMNEM
IN
MEMORIAM

SVMMI IVRECONSVLTI ET PERILLVSTRIS

VIRI

CASPARIS CHRISTIANI
SELIGMANNI,

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI

DVCI ET ELECTORI SAXONIAE QVONDAM A CONSILIIIS SANCTIS,

ITEM

CONSVLIS QVONDAM INCLVTAE CIVITATIS ZITTAVI-

ENSIYM GRAVISSIMI,

FVTVRO MARTIS DIE

D. X. MART. MDCCLXVII.

HOR. VIII.

AB SE HABENDAM

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

FAMILIAE SCHOENBVRGICAE

GENERATIONVM SVPPVTATIONE

RECENSIONEM SEXTAM ET VLTIMAM

PRAEMITTIT

ADAM DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. ZITTAVIENS. DIRECT.



Filium neui, et acu nunc opus est. Licebit igitur mihi indicenti Orationem, quae *B. Seligmanni* memoriae quotannis refrendandae dicata est, in Recensione *Generatio- num Familiae Schoenburgicae* ante quinque annos inchoata agmen nunc claudere sequentibus adhuc reliquis. Perfitimus enim in citandis decem filiis *Wolffi de Schoenburg, Penicii* d. 17. August. ao. 1062 demortui, quorum priores quatuor in superiori Recensione jam nominati sunt, ita ut nunc *quintus* in ordine cum reliquis producendus sint.

V. HVGVO de SCHOENBURG, nat. 1588. d. 13. August. den. 1589. d. 8. Maj.

VI. IOHANNES HENRICVS de SCHOENBURG, fortis heros, nat. d. 21. Septemb. ao. 1589. A. 1610. expeditionibus bellicis in *Bohemia* interfuit. *Dominus* ao. 1623. in *Remsa* factus, in matrimonium deinde ao. 1639. cum *Martina Sibylla* iuit, *Comitissa* de *Mansfeld*. Discessit autem a uita ao. 1651. filio superflite, qui fuit

WOLFFVS CHRISTOPH de SCHOENBURG.

VII. IOHANNES CASPAR de SCHOENBURG, nat. 1594. d. 27. Decemb. Primum *Ienae* ao. 1608, anno autem insequente *Argentinae* in ludo discendi fuit, unde ao. 1615. domum rediit. A. 1618. miles fuit in exercitu, qui in *Bohemia* pugnabat. Dimidiae partis *Glaucouiae* *Dominus* ao. 1622. *Elisabetham, Viti de Schoenburg* filiam, quae ao. 1633. morte abrepta est, et iterum ao. 1636. *Sophiam Mariam*, ex *Gente Ruthenorum Comitissam* matrimonio sibi iunxit. Ius possidendi terras suas et praedia ab *Imperatore Ferdinando* ao. 1636. et iterum ao. 1637. *Dominis de Schoenburg* concessum litterae Imperatoris de hoc beneficio exscriptae testantur, *vid. Lünig, spicill. Sec. 2. p. 1217. et part. spec. Contin. II. von Graffen p. 275.* A. 1638. in istud discrimen rerum delapsus, ut *Glaucouia* sequestri data esset propter multum aes alienum, praesertim uero propter usurarium *Ottoni Albrechto et Vito de Schoenburg* debitum, litteris apud Imperatorem exponebat, quod *Electo Glaucouia* sequestri data Imperatorem in iure suo interpellasset, quam infimulationem *Electo* fallam et iniquam statim per litteras ad Imperatorem eodem anno datas a se diligenter dimouit. *uid. furze vorl. Anzeige Beyl. n. 22.* Ordinem ciuili disciplinae subditis in agro *Glaucouienfi* ao. 1641. a *Iohanne Casparo de Schoenburg* conscriptum *uide* in *der vorl. Gegen-Anzeige Beyl. M. 5.* Mors eum consecuta est ao. 1644. Filii ejus fuerunt

a) WOLF FRIDERICVS, nat. 1623. Vxorem duxit anno circiter 1647. *Mariam Genouenam, Comitissam de Scherffenberg.* A. 1647. grauitur querebatur apud Imperatorem *Ferdinandum III.* de tributo Ordinis Equestris per ditionem suam subsidio pecuniae, quae pro studio nullam in partem se mouendi *Suecicis* paciticia erat, instituto et imperato, quod inceptum *Wolffi nostri Friderici Elector Iohannes Georgius I.* satis grauitur deinde d. 26. Decemb. e. a. in eo reprehendit. *vid. furze vorl. Anzeige p. 14. et Beylage n. 24. 72.* Anno 1653. d. 31. Ianuar. *Electori* per litteras suppliciter affirmauit omnem integritatem, quod nunquam sibi in mentem uenisset ratione territorii et jurisdictionis alicubi contra nexum beneficiarium peccare. A. 1654. *Electo Iohannes Georgius I.* imperauit praeccepto publico sicuti subditis *Dominorum de Schoenburg in Waldenburg et Lichtenstein*, sic etiam subditis *Wolffi Friderici de Schoenburg* in agro *Glaucouienfi*, ut omnes factiones et conjurationes a se abstinerent, et opus tributarium semper perficere non recusarent. *uid. ibid. Beylage n. 96.*

b) VITVS HENRICVS, nat. 1625. d. 20. April.

VIII. AVGVSTVS SIEGFRIED de SCHOENBURG, nat. 1596. d. 4. Februar. Anno 1623. partem dimidiam *Glaucouiae* administrandam accepit. A. 1628. isto infortunio utebatur, ut *Fridericum de Schoenburg*, patruem suum occideret, de quo homicidio inquirendo Curatores *Electo Saxoniae* constituerat. *uid. furze vorl. Anzeige p. 32.* In praelio non longe a *Lipssa* ao. 1631. d. 7. Septemb. facto aliquot uulnera accepit, quibus deinde, d. 7. Nouemb. e. a. exanimatus est.

IX. CHRISTIANVS DE SCHOENBURG, nat. 1598. d. 27. April. Anno 1614. obiit *Ienam* et deince *Lipſiam*, ut in illis Academiarum ſpatiis ſtudia litterarum percurreret. A. 1628. *Wechſelburgum* poſſeſſionem ſuam obtinuit. In itinere ſuo una cum fratre *Auguſto Friderico Galliam* uidiſt, *Italiam* et *Conſtantinopolim*. Bis uxoratus primum ao. 1632. *Agnetem*, filiam *Hugonis de Schoenburg in Hartenſtein*, quae ao. 1643. d. 17. Maji, mortem obiit, ſepulta d. 2. Iun. e. a. cujus magiſter aulae *Martinus Sittner* fuit, nobilis autem uirgo aulica *Emerentia de Milckau*, et A. 1647. iterum *Agnetem Eliſabetham, Gente Ruthenam*, quae deince uidua *Wechſelburgi* ao. 1675. d. 11. Iun. extincta et d. 26. Iun. *Rochsburgi* ſepulchro tradita eſt, in matrimonium ſibi adiunxit. A. 1657. adſueerat libello quodam una cum *Wolſio Henrico* et *Godofredo Erneſto de Schoenburg* fidem ſuam *Electori*, vid. *Furze vorl. Anzeige Beſchl. n. 56.* A. 1659. iuſſit publicis litteris *Electori, Iohannes Georgius II. ſubditis Dominorum de Schoenburg in Glauchau et Waldenburg* obedientiam Dominis ſuis debitam, vid. *ibid. Beſchl. 57.* Vitam cum morte commutauit *Chriſtianus de Schoenburg* ao. 1664. d. 18. Auguſt. aetat. 66. cui carmen Funebre ſcripſit *Paul Flemming, Hartenſteinſis*, vid. *hujus Viri Geiſt und weltliche Gedichte lib. II. pag. 302.*

X. WOLFIVS HENRICVS DE SCHOENEVRG, nat. *Penicii* ao. 1605. d. 2. Nouembr. A. 1614. *Ienae* et ao. 1619. *Lipſiae* liberalibus ſtudiis ita operatus eſt, ut doctrina ſua multum inclareſceret. In diuiſione agrorum *Dominis de Schoenburg* ao. 1620. ab *Electore, Iohanne Georgio I.* inſtituta *Penicium* obtinuit ſub tutela matris conſtitutus, donec anno 1627. ad gubernacula agri ſui ipſe accederet. A. 1636. d. 3. Iul. *Iuditham Euam, Henrici III. Rutheni* in *Graetz* filiam in matrimonium adiciuit, nat. ao. 1614. d. 26. Decembr. quae deince uidua mortem ao. 1666. d. 18. Nouembr. oppetiit. *Wolſus* autem *Henricus* ipſe jam anno 1657. d. 5. Decembr. ex uita abierat. Vid. *Concionem funebrem a. M. Ioh. Schoenfeld Penicii habitam, Altenburgi* autem a. 1658. *typis exſcriptam.* Filii ejus fuerunt

a) WOLFIVS HENRICVS, nat. 1637. denat. 1638.

b) SAMVEL HENRICVS, nat. 1642. d. 25. Septembr. *Dominus in Wechſelburg.* A. 1662. curatellam fratris ſibi ab *Electore* d. 13. Decembr. e. a. demandatam ſuſcepit. Vid. *Furze vorl. Anzeige Beſchl. n. 110.* A. 1675. d. 14. Februar. nuptiis ſibi adiungebat *Eliſabetham Magdalenam Sophiam, Iohannis Caſparis de Schoenburg, Penicii*, filiam, nat. 1642. quae a. 1716. d. 12. Mart. mortem occubuit uidua. Vitam agebat *Samuel Henricus de Schoenburg* congruentem cum Symbolo ejus: *mon eſperance en Dieu.* Repentina et improuiſa morte obiit ao. 1706. d. 16. Iun. in *Thermis Carolinis.* Filii ejus fuerunt

1) CAROLVS HENRICVS, nat. 1677. d. 22. April. *Dominus in Wechſelburg.*

2) SIGISMVNDVS HENRICVS, nat. 1678. d. 7. Decembr.

3) FRANCISCVS HENRICVS, nat. 1682. d. 15. Maji. Statim ao. 1706. poſt mortem Patris regimen cum fratre, *Corolo Henrico*, ſuſcipiens *Glaucouiae* ſedem ac domicilium collocauit uſque ad mortem fratris, quum deince *Wechſelburgi*, ubi ao. 1746. d. 3. Septembr. mortuus eſt, domicilium ſuum conſtitueret. Matrimonio ſecum iunxit ao. 1707. d. 27. Decembr. *Magdalenam Eleonoram, Wolfſi Henrici de Schoenburg in Penig* filiam, natam 1674. d. 24. Febr. quae ao. 1720. d. 6. Iun. deceſſit, et deince ao. 1723. d. 20. Iul. *Iohannam Sophiam Eliſabetham, Georgii Alberti de Schoenburg in Hartenſtein* filiam, nat. 1699. d. 29. Maj. quae deince ao. 1739. puerperio occubuit. Mortem obiit noſter *Franciſcus Henricus de Schoenburg* ao. 1746. d. 3. Septembr. Filii ejus ſunt:

α) CAROLVS HENRICVS DE SCHOENBURG, hodie *Dominus in Wechſelburg*, et *Electoris Saxoniae Conſiliarius intimus*, nat. 1729. d. 23. Octobr. Matrimonio ao. 1756. d. 22. Iun. ſecum feliciter junctam uxorem habet *Chriſtianam Wilhelmam, Iohannis Georgii, Comitris de Einſedel* filiam, nat. 1726. d. 24. Septembr. ex qua filii feliciter procreati in ſpem magnam illuſtriſſimorum Parentum accreſcunt

№ 1808 M

1) CAROLVS HENRICVS, nat. 1757. d. 17. Mart.

2) WILHELMVS ALBERTVS HENRICVS, nat. 1762. d. 26. Ianuar.

3) ALBERTVS HENRICVS, nat. 1732. d. 24. Iul. Dominus in Praefectura Po-
sita Glaucoviae, regiminis Consorts in Comitatu Hartenstein nec non in
Lichtenstein et Stein, qui uehementer diuque ex asthmate aegrotans jam
ao. 1763. d. 10. Nouembr. magna excreatione sanguinis extinctus est, aetat. 32.

c) WOLFFVS HENRICVS de SCHOENBURG, Dominus Penicii, nat. 1648. d. 14. Iul.
denat. 1704. d. 13. Iun. Filii ejus ex uxore Iuliana Catharina, Iohannis Caspary
de Schoenburg in Penigh filia, nat. 1643. d. 15. Octobr. nupt. 1669. d. 24. Iun. et
uidua mortua ao. 1722. mense Iul. suscepti sunt

1) IOHANNES CASPAR de SCHOENBURG, nat. 1671. d. 26. Decembr. denat. 1690.
d. 11. Octobr.

2) WOLFGANG HENRICVS, nat. 1672. d. 13. Decembr.

3) IULIUS HENRICVS, nat. 1675. d. 6. Febr. denat. 1691.

4) Augustus Siegfried, qui Dominus Penicii et Senior Gentis Schoenburgicae
fuit, nat. 1678. d. 24. Nouemb. Bigamus quidem sed tamen improles conse-
nuit. In matrimonium enim iuit ao. 1704. d. 14. Nouemb cum Maximiliana
Eleonora Sophia, Samuelis Henrici de Schoenburg in Wechfelburg filia, uidua
Iohannis Wilhelmi, Comitis de Ronow, nat. 1676. d. 15. Mart. mortua autem
1746. d. 19. Octob. et iterum ao. 1747. d. 15. Octob. cum Elisabetha Sophia
Eleonora, Henrici Francisci Adolphi, Liberi Baronis et Baneressi de Loe-
suencron, Protribuni in militia Electoris Palatini, filia, nat. 1714. d. 14.
Septemb. Mortem obiit Augustus Siegfried de Schoenburg ao. 1761. d. 1.
Septemb.

5) Constantinus de Schoenburg, nat. 1681. d. 24. Iun.

6) Fridericus Erdman de Schoenburg, Dominus in Glauchau, nat. 1683. d. 20.
Decemb. Vxorem matrimonio sibi ao. 1721. adfociatam habuit Charlottam
Elisabetham, Baronessem de Schulenburg. Vita decessit autem sine prole jam
ao. 1729. d. 14. Decemb. Frater ejus geminus fuit

7) Franciscus Carolus, natus 1683. d. 20. Decembr.

Et sic finem dedimus commentationi nostrae de Familiae Schoenburgicae Gene-
rationum Supputatione. Quae enim corrigenda uel supplenda sint, eorum istam mihi
ueniam polliceor, quae humaniter sentit de iis, quae omnibus aliis etiam accidere possunt.

Sed nunc causa reddenda est, quae hanc nostram scriptionem iam prouocauit.
Scilicet tempus postulat, ut memoriam B. SELIGMANNI nostra Oratione hoc anno
recolendam publice significem.

Craesina igitur die Martis huic Viro immortaliter promerito parentaturus MA-
GNIFICVM et AMPLISSIMVM SENATVM, Venerabiles Verbi diuini Antistites, nec non Omnes
Litterator iustis et modestis precibus rogatos esse uolo, ut huic Orationi nostrae
benigne interesse haud grauentur. P. P. Zittau. Dom. Inuocauit,
Ao. MDCCLXVII.

ZITTAUIAE.

LITTERIS VIDVAE STREMLIANAE.

978

AD
ORATIONEM SOLEMNEM
IN
MEMORIAM
SVMMI IVRECONSVLTI ET PERILLVSTRIS
VIRI
CASPARIS CHRISTIANI
SELIGMANNI,

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI
DVCI ET ELECTORI SAXONIAE QVONDAM A CONSILIIIS SANCTIS,

ITEM
CONSVLIS QVONDAM INCLVTAE CIVITATIS ZITTA-
ENSIVM GRAVISSIMI,

FVTVRO MARTIS DIE

D. X. MART. MDCCLXVII.

HOR. VII.

AB SE HABENDAM

INVITAT,

SIMVLQVE

DE

FAMILIAE SCHOENBVRGICAE


GENERATIONVM SVPPVTATIONE

RECENSIONEM SEXTAM ET VLTIMAM

PRÆMITTIT

ADAM DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. ZITTAVIENS. DIRECT.



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

